

## 4 De Negligentiis, & Omissionibus.

*magna negligentia de verb. signif., ibiq; Alciat: sicuti & culpa lata æquiparatur dolo, non quidem in committendo, sed in omittendo, qui leviorem meretur pœnam, Tiraquell. de pœnis temper. causa 44. Farinac: q. 18. num. 22. & 23. quod tamen patitur suas fallen-tias, pro ut infra.*

12 Secundò dividitur negligentia nempè quæ procedat ex ignorantia, alia verò sit scientiæ, & cognitioni conjuncta, & hæc culpabilior illa, ac graviori poena digna, quod docuit Christus Dominus *Lucæ* 12. ibi (ille autem servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non se præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus vapulabit multis, qui autem, non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis), ex quibus colligere est, quod negligentia proveniens ex ignorantia, de se sola non est culpabilis, non enim dicit (qui non cognovit, & non fecit vapulabit), sed dicit, (& fecit digna plagiæ propter quæ vapulabit), & ideo quod ignorantia excludat negligentiam, *dixit Rota coram Greg: inter ejus impressas decis: 369. nu. 6.*, *Rota in Ravennaten: Salvian. coram Gbislario decis: 541. num. 40. 41. Tom. 2. p. 5. Recent:*, ubi quod ignorantia facti præsumitur ad excludendam negligentiam, & ejus effectum, & in Spoletona beneficorum coram Mantica decis: 529. num. 3., inter novissimas *Farinac: collec-tas*, ubi quod ante scientiam vacationis beneficii, non potest cuiquam negligentia imputari, per tex. in c. quia diversitatem in fine, de concess. præben. c. licet de supplenda neglig. *Prælat.*, *Fermosin. ad rubr. de supplenda neglig. Prælat. num. 7. 8.*, *Tusc. in 5. Negligens concl. 31.*

13 Fallit tamen nisi, & ipsa ignorantia esset culpabilis, voluntaria, crassæ, & affectata, de qua *Psalm. 35.* (nolluit intelligere, ut benè ageret) idest quomodo benè egeret, quæ est ignorantia voluntaria, & *Psalm. 24.* (delicta juventutis mee, & ignorantias meas ne memineris) ubi (delicta), idest (dilecta), & omissa ex ignorantia, interpretatur *Michael Aigvan*, alias *Incognitus*, de qua pariter *Job: 21.* ibi (recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.)

14 Fallit secundò, in ignorantia aliquo modo culpabili, & vincibili, ut exemplificat *Farinac: q. 10. nu. 13. in Fisco*, contra quem currit præscriptio, licet ignoret delictum suisse commissum, quando potuisset cognoscere,

si debitas fecisset diligentias, secus si delictum ita esset occultum, ut per nullam humanam diligentiam potuisset cognosci.

15 Tertiò dividitur in materialem, & formalem; illa est, quæ quis pro libitò omittit aliquid de sibi competentibus, absque quo ulli faciat injuriam, veluti qui negligit uti privilegio, rescripto, gratia, quibus prolibito, quisque cedere potest, c. si autem, c. plerumque de rescriptis, c. si Clericus de Preb., & dignit. in 6., *Casus est in l. fideicommissaria* s. si bæres ff. ad S. C. Trebell., ubi fideicommissarius non petit hæreditatem, cum possit, & sibi præjudicat, quatenus non lucratur fructus, quos lucraretur, si diligens petret; ita pariter, qui habet pecuniam in arca, & non exercet mercaturam, cum possit non tamè debeat, dicitur negligens negligentia materiali, & lucrum non reportat, quod diligens reportaret; Negligentia verò formalis est ea, quæ definita ut supra, scilicet, quæ omittit id, quod facere debet, & potest, quæ distinctionem commemorat *Aug. Barbosa collect. Jur. ad rubr. de supplenda neglig. Prælat.*

16 Dividitur quartò negligentia, quod alia sistat in intellectu, & voluntate, & contingit, quando quis adeo negligens est, ut neque mentem applicet, nec cogitet, quid sibi necessarium, bonum, utile eligendum, aut malum fugendum, & non elitit media necessaria ad id, quod facere debet, & potest: Alia verò negligentia sit de extrinseco opere, putâ quando quis benè cogitaverit, quid sibi faciendum, quibus mediis, attamen, labore perteritus ex quadam accidia, & pigritia negligit exequi cogitata, undè totus defectus, & negligentia est de opere externo, ita distinxit *Loffus de Just. & Jur. lib. 1. c. 2. num. 19. vers. quarta est*, ubi pariter notat, quod negligentia, quæ sistit in intellectu opponitur virtuti prudentiæ, quia ubi hæc cogitat maturè quid faciendum, illa hujusmodi intellectualem operationem negligit; Negligentia, quæ est de opere externo, opponitur illi virtuti, de cuius genere erat opus exequendum, ut qui negligit die festo audi-re Sacrum, peccat negligentia, quæ est contra religionem, & obedientiam, qui negligit facere opus Justitiæ, peccat contra Ju-stitiam.

17 Potest, & negligentia dividi, sicuti di-viditur mora, quod alia sit irregularis, &

alia

## Pars Prima. Artic. I.

5

alia regularis, prima contingit, quando unus ex contrahentibus implevit ex parte sua, quod promiserat, alter verò neglexit; Ne-gligentia verò regularis est, quæ ex interpel-

latione judiciali, vel extrajudiciali, vel certi diei lapsu contrahitur, ad notata per Ro-dericum de annuis redditibus lib. 3. quæst. 7. num. 91.

## ARTICULUS II.

### Quis dicatur Negligens.

**P**onitur regula, quod negligens dicitur quicunque omittit ea, quæ ad suum munus spectant, c. pervenit dist. 84., & sicuti in definitione diximus, quod negligentia est omissione ejus, quod facere potest, & debet, ita ut quis dicatur negligens, requiritur, ut omittat quod facere possit, & debet, *Rota in Neritonensi pen-sionis coram Bononiensi. decis: 352. p. 2. tom. 3. num. 4. Recent.*, *Bartol. conf. 102.*, *Mascard. de Probat. concl. 1093. num. 5.*, *Cagnol. in l. 1 nu. 5. de reg. Jur.*; Si verò non operatur quod debet, quia non potest, cum ei non imputeatur, nec ideo dicitur negligens c. imputari de reg. Jur. in 6.; Nec liberatur quis ab incurso negligentie, si antea fuerat diligens, sed in sua diligentia non perseveraverit, quia ex nova omissione fit, & dicitur negligens, negligentia enim subsequens tollit, & evacuat effectum sollicitudinis præcedentis l. si finita s. item videamus ad finem ff. de dam: inf., ideo qui debet obtemperare præcepto, & eidem non stetit, & illicientius recessit, negligens dici-tur, & existens in mora, est pœna dignus, quia ultima mora punitur *Speculator p. 2. tit. de ex-pens. 5. postremo num. 17.*; Et magis nocet posterioris negligentia, quando plures sunt negligentes, quam prioris, sicuti, & posterioris mora magis est punienda, & culpabilis *Azor. Inst. moral. p. 3. lib. 8. c. 26. Vers. si autem uterq; Reginald. lib. 25. num. 352.*, nisi prioris negligentia, & mora fuerit causa negligentiæ posterioris.

2 Disputant Sacri Theologi, an ad hoc ut omissione sit voluntaria, semper requiratur obligatio præcepti ejus, quod omittitur, de qua difficultate videndus est *Aversa post D. Thom. in p. 2. q. 6. sec. 6.*, & affirmat posse esse voluntariam omissionem, absque quo sit de re præcepta, quo casu non tenebatur, agere id, quod omisit. Verum nos non so-

lum quærimus de omissione voluntaria ut sic, sed etià imputabili ad culpam, ad quod semper requiritur, ut omittat agere id, quod tenebatur, & à Theologis appellatur omis-sio moralis, ubi omissione ejus ad quod non tenebatur, appellatur ab eis simplex omissione phisica: *Aversa loco supra citato Vers. dico 2.*

3 Dictum est, quod negligens dicitur, si omittat id, quod facere poterat, impon-tentia autem potest oriiri ex pluribus capitu-bus; Primò à Jure, putâ, quia nondum acces-sisset dies solutionis, quo casu, etiam si sit orta, tamen nequit actio exerceri, l. cedere diem 213. de Verbor. signif., *Rota in Cesareau-gustana Pensionis 13. Aprilis 1592. coram Pan-pilio impressa apud Marchesan. de comiss. tom. 1. fol. 606. num. 2.*; Secundò capite impoten-tia oritur ex facto, putâ carceratione, ab-sentia, aut alio casu, & impedimento, non currit tempus, *Antonell. de tempore legali lib. 1. c. 15.*; Tertiò si ignoretur sibi actionem com-petere, ut ostendit *Luther. de re benef. lib. 1. q. 39. num. 121.*, & seq;, *Rota decis: 541. n. 40. tom. 2. p. 2. Recent.*: Ideo requiritur scientia, alioquin non incurritur negligentia, ut ad incurrendam præscriptionem, qui est ef-fectus negligentiae requiritur scientia; Hinc etiam est quod dubitans non dicitur negligens si propter dubium omittat operari, quod deberet, ut dixit *Rota decis: 636. p. 4. divers.*, & coram Royas in Barcinonæ. Canonic. 22. Fe-bru. 1646.; At quia pariter superiore artic: vidimus, quod ad negligentiam requiritur mora, quia mora est effectus, & delictum negligentiæ; *Cagnol. in l. 14. num. 15. ff. de reg. Jur.*, nunc videndum est, qualis, & quanta debeat esse hæc mora, ut morosus dicitur negligens.

4 Distingvendum est in hoc artic: vel enim, tempus est determinatum à Jure, vel ab homine, putâ in contractu, conventione, vel præcepto superioris, vel tempus est inde-

## 6 De Negligentiis, & Omissionibus.

Indeterminatum, si primū durante tempore determinato nemo dicitur negligens, l. cedere diem ff. de verborum signif., ibiq; Alex., elapsō verò tempore destinato, tunc qui omittit præstare, quæ debet, & potest, negligens dicitur.

Sic Patronus non præsentans ad beneficium vacans infra tempus determinatum à Jure, vel Episcopus non conferens infra tempus sibi destinatum, negligens dicitur c. 2. de supplenda neglig. Prælat., quod tempus incipit currere à die scientię, c. licet de suppl. neglig: Prælator., Rota decif. 541. num. 4. tom. 2. p. 5. recent., Vivian. de Jur. patr. p. 2. lib. 7. c. 2. num. 7., Barbosa ad d. c. licet.

Sic habens rescriptum, vel litteras ad pri-  
mum Benefitium vacaturum, si post vaca-  
tionem per annum omittat impedimento ces-  
sante, uti rescripto, & litteris, dicitur ne-  
gigens, quia annus est tempus ad id deter-  
minatum à Jure c. si autem, c. plerumque de  
rescript., currente autem tempore, quo quis  
potest petere sibi debitum, & non petat,  
non dicitur negligens, sed solum dicitur,  
quando totum tempus effluxit, ita ut non  
possit amplius petere, dummodo in quacunq;  
temporis parte possit sufficienter agere, &  
petere, quia currente tempore in facultate  
creditoris est, expectare posteriores dies, ita  
qui per plures annos non petuit pensiones, sed  
tandem petuit, adhuc opportuno tempore  
dato, non dicitur fuisse negligens. Rota in  
Neritonen: pensionis coram Bononiens. decif. 352.  
p. 2. tom. 3. num. 4. Recent.

Sic qui die festo usque ad meridiem, ne-  
gilit audire sacrum, elapsō celebrationis  
tempore, & non antea, dicitur negligens,  
& culpa negligentiae gravatur, quia usque  
ad meridiem tempus destinatum est, & du-  
rante mane, ubi plures Sacerdotes successi-  
vè celebrant, potest satisfacere, non sic præ-  
stituto tempore elapsō. D. Thom. 1. 2. q. 76.  
art. 2. ad 5., Sanchez. de præcep. decal. lib. 1.  
c. 17. num. 9., Aversa. in p. 2. q. 72. sec. 6.  
vers. tractari etiam solet, Bonacina de peccat.  
disp. 2. q. 6. p. 4. num. 4., & seq., sumpto  
argumento ex c. fin. de elect., Azorius p. 1. In-  
fit. lib. 4. cap. 3. Vers. Quarto queritur.

5 Si nullum tempus sit determinatum,  
neque à lege, neque ab homine quandoque  
statim quis dicitur negligens, sic qui laureo-  
lam Doctoratus suscipit, vel artem profite-  
tur, & ignorat ea, quæ ad suam professio-

nem, munus, & artem spectant, neglexit,  
que antea prænoscere, statim ei imputatur,  
& negligens dicitur. Alciat. ad l. cedere diem  
num. 32. ff. de verb. signif., Negligens dicitur  
secundum Bartol. in l. quod Nerva ff. depositi n.  
17., qui minorem adhibet diligentiam, quām  
communis natura desiderat, & in principio  
ejusdem ille dicitur negligens, qui minor-  
rem adhibet diligentiam in custodia depositi,  
& sic in rebus alienis assumptis, quām in re-  
bus suis.

Sic qui omittit dicere, vel scribere ea, quæ  
speciali nota digna sunt, & dicere, aut scri-  
bere, quæ ad suum munus spectabant, ne-  
gigens dicitur, & neglecta ea dicuntur si  
prætereantur l. item apud Labeonem §. ait pre-  
tor. ff. de injuriis, Alciat. in l. 1. §. si quis ita  
num. 8. ad finem ff. de verb. signif.; Nisi dicam  
us in prædictis casibus tempus quoque esse  
determinatum, illud scilicet, quo, quis as-  
sumit onus, offitum, vel professionem, &  
artem incipit profiteri.

6 Regulariter autem, ubi tempus non  
est determinatum, neque à Jure, neque ab  
homine, nemo dicitur negligens, nisi post  
interpellationem, pro ut sequenti artic. dic-  
cam, & arbitrio Judicis remittitur, Affic.  
decif. 40. num. 16., Menoch. de arbitri. Jud.  
l. 2. c. 24. num. 2., & c. 220. num. 3.

7 Immo in facultativis, sicuti numquām  
currit præscriptio Serapbin. decif. 716. nu. 8.,  
& decif. 8. 13. num. 5., Leoncil. decif. 46. nu.  
19., Bartol. in l. quo minus num. 27. ff. de fu-  
min., ita in facultativis, nunquām incurrit  
negligentia, Gratian. discep. for. c. 527.  
num. 8.

8 Verūm prædictis obstare videtur tex.  
in l. fideicommissaria §. si hæres ff. ad S.C. Tre-  
bell., ubi, quod fideicommissarius purifica-  
ta conditione, vel elapsō die certo apposito  
à testatore, si negligat petere amittat fru-  
ctus interim perceptos ab hærede, quos ipse  
hæres lucratur, & imputat in quartum,  
& hoc propter negligentiam non petentis,  
licet in sua facultate sit petere, vel non pe-  
tere. Respondeo, aliam esse negligentiam  
d. §. si hæres, ab ea de qua nos loquimur,  
quæ est, qua quis ex culpa amittit aliquid,  
quod suum erat, vel solvit aliquid in pœnam  
&c., & ibi agitur de non lucrando, non  
autem amittendo, vel dicas, quod in alleg.  
§. si hæres loquitur de negligentia materiali, nō  
autem de formalī, de qua in primō artic. n.

9 Quod

## Pars Prima. Artic. II.

7

9 Quod tamen est limitandum, nisi pre-  
cedat prohibitio, & qui habet facultatem  
prohibitioni aquiescat, quia sicuti tunc cur-  
rit præscriptio; Leoncil. d. decis. 46. num. 19.,  
Sylv. Summa V. præscriptio num. 5. in fin., ita,  
& evadit negligens.

10 Limita primò; superiùs dicta, tám in  
casu temporis determinati, quām indeter-  
minati in eo, qui non potest agere, ex quo  
non dicitur negligens, Antonell: de tempore le-  
gali lib. 1. c. 15., Qua propter Garzias de be-  
nef. p. 6. c. 2. num. 69. 70. dicit, Quod statim  
post lapsum temporis determinati, non de-  
bet quis condemnari de negligentia, quia po-  
test dari, quod non egerit, quod debebat,  
quia fuit impeditus: Fontanell. decif. 289. n.  
13., pro ut explicavimus suprà in definitio-  
ne negligentie, c. quia diversitatē concess:  
Præb., & toto tit. de sede vacante, c. placuit,  
c. de quarta de præscript., Gratian. discep. for.  
c. 243. num. 51., Alciat. in l. cedere diem nu.  
30. ff. de verb. signif., Baverius de mora p. 1.  
num. 13., Ex quibus etiā sequitur, quod  
sicuti difficultas magna, equiparatur impos-  
sibilitati, quia impossibilium, & valde dif-  
ficilium idem est juditium l. apud Julianum §.  
constat ff. de legibus 1. l. continuus §. cum quis ff.  
de verb. obligat., Farinac. fragn. crim. p. 1. lit-  
tera D. num. 143., Barboja axiom. 118. n. 8.,  
ita, etiā difficultas magna excusat à mora.  
Farinac. suprà num. 142., ita excusat à ne-  
gigentia, Ceval. Specul. com. opin. q. 473.,  
quod fallit 1. ubi difficultas superveniret, vel  
culpa debitoris, vel post lapsum termini,  
Giurba decif. 114. num. 7., Surd. decif. 262. n.  
13., fallit. 2. si difficultas confusat in quan-  
titate, quia debitor quantitatis non excusat  
à difficultate Gabriel. lib. 3. de solut. consil.  
9. num. 24.

11 Quæ limitatio non habet locum, ubi  
impeditus potuit impedimentum removere,  
& non removit, facit l. in jure civili ff. de reg.  
Jur., aut reclamare, nec reclamavit c. licet  
Episcopus de Præb. in 6., Bartol. in l. quibus die-  
bus in principio num. 3. ff. de condit., & demon-  
strat, Gratian. discep. forens. c. 223. num. 24.,  
quia debet uti omni sibi possibili diligentia,  
ad removendum impedimentum; Baver. tract.  
de mora p. 1. num. 14. 15., Rotacoram Gregor.  
decif. 501. num. 1. intèr ejus impressas, Sca-  
ccia de appellat. q. 15. num. 3.

12 Limita secundò; in casu, quo requira-  
tur monitio, seu interpellatio, & non fuit

interpellatus, neque dicitur negligens, aut.  
hoc amplius C. de fideicom., Bartol. consil. 98. n.  
1. lib. 2., Felin. in c. si autem n. 3. de rescript.,  
quod, & sequenti articulo fusius dicam.

13 Limita tertio; si creditor ex parte sua  
aliquid priùs præstare tenebatur, & non im-  
plevit, quia debitor tunc non salvendo, nec  
dicitur negligens, Bald. in l. minorum num. 1.  
C. in quibus caus: in integr. rest., Gratian. di-  
scip. for. c. 243. nu. 25., ratio est quia volens  
agere, debet priùs ex sua parte convenia im-  
plere, l. quero §. inter locatorem ff. locati., l.  
Julianus §. offero ff. de act. empt., Salyc. in l.  
magnum num. 3. C. de contrab., & commi. stipul.,  
Ita pariter exceptio non implementi, retar-  
dat exequitionem obligationis cameralis, Ga-  
les. de obligat. cam. q. 17. num. 7., & post alios  
tradit Ridulph. in sua Praxi Judic. p. 1. c. 8. n.  
185., sive omissione implementi sit in totū,  
sive in partem. Rot. post Zach: de obligat: Ca-  
meral. decif. 45. num. 2., Coccin. decif. 33. nu.  
3., etiam si omissione sit in minimò. Rot. de-  
cif. 53. num. 1. p. 3. Recent., sicuti igitur im-  
pedit actionem, ita tollit, quin debitor in-  
currat negligentiam; Cerro decif. 880. n. 3.

14 Limita quartò; ubi praemittenda esset  
electio rei, aut corporis, vel loci, putā le-  
gatarius habet optionem eligendi eqvum,  
vel fundum, facultate sibi legata à testato-  
re; donec electio præcesserit, numquām de-  
bitor dicitur negligens, Mantica decif. 171.  
num. 5., Nata cons. 970. nu. 14. lib. 4., Ma-  
scard: de Probat. concl. 1003. num. 29., Baver.  
de mora p. 2. num. 7. Vers. 12.

15 Limita quintò; si debitor aliqua justa  
excusatione se possit tueri, ex tali excusa-  
tione defenditur à negligentia, l. si quis solu-  
tionem ff. de Usur., reg. non est in mora, de  
reg. jur. in 6., Menoch. de arbitri. Jud. c. 220.  
num. 46. Gratian: discep. for. c. 42. num. 25.,  
Sylv. Summa V. mora num. 2., Rationem red-  
dit Barbosa in l. si mora num. 3. ff. solut. ma-  
trim: , quia justa causa, sicuti excusat à cul-  
pa, ita, & à mora, quæ non potest esse si-  
ne culpa, & num. 4., qui omnino excusatur  
à culpa, ita excusat pariter, & à mora,  
& num. 7, ubi quod solum causa justa, non  
item injusta, excusat à mora; Ideo exequitor  
tunc dicitur negligens, quando sine causa ju-  
sta disert exequitionem, & non aliter. Rot:  
decif. 273. sub. num. 1. p. 1. tom. 1. Recent.:  
Immo, & quælibet causa colorata sufficit  
ad excusandum à mora, & negligentia,  
Rota

## 8 De Negligentiis, & Omissionibus.

*Rota Genue*, decif. 56. num. 6., & in eo, qui debebat petere investituram bonorum emphiteuticorum infra annum, & mensem, & non petuit ex aliqua causa, saltem colorata, non sibi præjudicat, *tex. in l. sciendum 21. C. de Usur.*, *Ottobon. decif. 103. num. 11.*, & *Cerro decif. 669. num. 8.*

16 Excusationes autem plures, in casu nostro, possunt debitorem tueri; Primo si dicat, & ostendat, quod per se non stetit, quin solveret debitum; Secundo proponendo exceptionem, vel moratorium, vel peremptoriam; Tertiò quod sit in præparatione; Quartò si habeat justam causam provocandi ad judicium; Quintò justa debiti ignorantia, quia negligentia minimè imputari potest, nisi adsit scientia illius, quod agere debet, *Rota. decif. 921. sub. nu. 3. p. 1. tom. 1. Recent.*, ubi reddit rationem, quia nesciens æquiparatur impotenti *l. in actione vers. planè ff. defurt.*, *glos. in c. quia diversitatem in V. notitiae de concess. Præb.*; Sextò si ex parte creditoris, non sit legitimata persona, & alias &c., quas enumerat *Gratian. d. c. 42. à num. 15.*, & seqq., & c. 400. num. 11., plures autem excusationes notat *Baverius de mora p. 3.*, ubi plures causas excusantes per modum limitationum assert, ut ratione loci, ratione personarum, partium, Judicis, ratione temporis &c.

17 Limita sextò; si mora brevissima sit, post lapsum temporis, arbitrio prudentis, quia parum pro nihilo reputatur *l. debitoribus ff. de re jud. l. si debitori ff. de Judic.*, *Gratian. discep. for. c. 26. num. 19.*, *Farinae. quæst. 75. num. 16.*, *Gratios. de ejitat. p. 1. c. 6. num. 56.*, *Cagnol. in l. 14. num. 1. ff. de reg. Jur.*, Hinc etiam est, quod mora celeri satisfactione pur,

## ARTICULUS III.

*An ad incurriendam Negligentiam requiratur scientia facti, vel Juris, vel potius eorum ignorantia tollat negligentiam, & ejus effectus.*

**H**eologi prò certo habent, ad negligentiam culpabilem, prærequiri scientiam, quia cum voluntas non feratur, nisi in præcognitum, & omis-

gatur, *Leonicil. decif. Ferrarie 85. num. 12.*, ita, & negligentia.

18 Limita septimò; pendente conditione, aut dilatione facta per creditorem, debitor salvatur ab incursu negligentiae. *Gratian. discep. for. c. 400. num. 14.*, *Cerro decif. 706. num. 4.*

19 Limita octavò; per appellationem legitimam, appellantem salvari à negligentia, dummodo appellatio non esset frivola, & frustatoria, quia tunc non excusat à negligentia, *c. brevi de Ju. Jur.*, ibique *glos. c. cum parati de appellat.*, quia remedium appellationis, non debet tendere ad defensionem iniquitatis, ut notat *Innoc. in eo c. brevi*.

20 Limita nondò; si debitum sit aliqua ex parte illiquidum; idèo emphiteuta non incurrit moram in solutione canonis, si quantitas sit illiquida. *Afflèt. decif. Neapol. 205. n. 2.*, *Borell. summa decif. tit. de empbitus in 211.*

An autem post incursam negligentiam, ea sit purgabilis; respondit *Rota in Romana nominationis coram Pirovano decif. 213. num. 19. tom. 2. p. 5. recent.*, quod re integra, negligentia purgabilis est, secus, ubi res non est integra, sed Jus alteri quæsumum, quia tunc non est purgabilis. *Rota coram Corrado in Bononiens. fideicommissi de Rubeis decif. 363. num. 8.*, & seqq. part. 10. recent., ubi quod, si ob non servatam formam, Jus est alteri quæsumum, non potest subsequenter forma suppleri. *Spada confil. 276. num. 27. 28. 29.*, sed latius in propriò artic: infra.

21 Limita decimò; in debitore non solvente, eo quod Creditor petat plus debito, quia tunc habet justam causam. *Rota coram Cerro inter ejus impressas decif. 177. n. 3.*

an igno-

## Pars Prima . Artic. III.

9

an ignorantia, excusat à negligentia, nàm aliqui dixerunt non excusare, sed solum præbere causam sufficientem petendi, & obtinendi restitutionem in integrum. *Tiraquell. de retract. tit. 1. verbo ignorans §. 35. glos. 4.*, *Alex. conf. 71.*, & 178. lib. 1.; aliique relati per *Marescot variar. resol. lib. 2. c. 67. n. 38.*, verum ipse n. 39. post Rotam ibi allegatam tenet excusari à cursu temporis, & à præscriptione, quoties ignorantia sit probabilis, ubi num. 40. plures ad id allegat. Quapropter præscriptio statutaria, fundata in negligentia creditoris, non præjudicat creditori ignorantia, veluti hæredi, ad tradita per *Pigant ad Statutum Ferrarie lib. 2. rub. 128. n. 44.*

3 Materia præsentis articuli, non levis est momenti, tum quia generalis est ad omnia, quæ de Negligentia dici possunt; Tum quia supra vidimus, quo ad incurriendam negligentiam, requiritur, quod non impeditur ad ea operandum, quæ debet; ignorans verò dicitur impeditus erroris, seu ignorantiae impedimento.

4 Præmitto, quod ignorantia multiplex est, alia quæ dicitur crassa, & supina, & affectata, & consistit in ignorare id, quod omnes sciunt, & scire tenentur, & poterant hanc ignorantiam tollere, sed affectatè, idest voluntariè, seu ex consulto noluerunt eā tollere. *Socin reg. 176. in 1. falentia. Barbosa in reg. præsumitur ignorantia n. 6. de reg. Jur. in 6.*

5 Alia est ignorantia excusabilis, & invincibilis; alia vero è contra, idest inexcusabilis, & vincibilis; esse autem vincibilem, non in genere, sed in individuo consideratur, quia quæ est vincibilis respectu unius, potest esse invincibilis respectu alterius, & dicitur invincibilis, quoties in eo, nullum omnino præcessit principium dubitandi de eo, de quo ignorat; quia nullo dubitandi principio posito, non tenetur inquirere.

6 Verum quidem est, quod in foro exter-  
no multoties, aut non præsumitur ignorare, aut ignorantia non præsumitur invincibilis, in foro autem conscientiae, relicta juris præsumptione, naturalis veritas attenditur.

7 Ideo apud Juristas semper dicitur, quod ad hoc, ut ignorantia prospicit, hæc debet esse iusta, & probabilis, de qua distinctione loquitur. *Bald. in l. final colum. 13. vers.*, sed juxta hoc quæro de qua ignorantia *C. de præscript. longi temporis*, & licet regulariter ignoratia Juris censeatur inexcusabilis reg. ignorantia facti, non juris

excusat de reg. Jur. in 6., tamen etià in aliquibus casibus excusat, ut quando habet admixtam ignorantiam facti, vel de aliqua extravaganti non inserta in corpore Juris, vel de Jure obscuro, difficulti, arduo, vel in rustico, muliere, milite, pupillo, minori, de quibus an semper excusentur, videndi sunt, *Farinac. frag. criminal. p. 2. Vers. Ignorantia n. 273. Tusc. V. ignorantia concl. 13.*, ignorantia tamen facti reguliter excusat d. reg. ignorantia.

8 Hinc solent querere D.D., quando nam ignorantia in facto proprio sit tollerabilis, iusta, & probabilis, vel è contra, quia videtur unusquisque scire, aut teneri scire factum proprium *l. quamquam ff. ad Vallejan. c. ab excommunicato de rescript.*, *Socin. reg. 219.*, *Mascard. de probat. concl. 637. nu. 3.*; *Barbosa de axiomat. Jur. axiom. 113. n. 2.*, dixi, (aut scire tenetur) quia paria sunt in jure, scire, aut scire debere, *glos. in c. scienti de reg. Jur. in 6.*, per *tex. in l. 1. in 5. si intelligatur ff. de edilic. edict. Cagnol. in l. nemo plus 188. n. 2. ff. de reg. Jur.*, & tamen si agatur de facto, quod à multo tempore præcessit, vel de facto obscuro, & implicito, & involuto ambagibus, aut cum alijs similibus circumstantijs, tunc ignorantia erit iusta, tollerabilis, & probabilis, ut docet *Bartol. in l. si quis delegaverit ff. de novat. in fine*, & in l. non fatetur col. penult., & in l. cum fideicommissum ff. de confess., ad latè comulata per *Farinac. in fragment. crim. p. 2. in V. ignorantia sub n. 209.* Ubi quatuor fallentiae usque ad n. 215., *Barbosa in reg. ignorantia facti nu. 20. reg. Jur. in 6.*

9 Sicut quando agitur de damno vitando, ignorantia in facto proprio censetur tollerabilis, ubi verò agitur de lucro captando, censetur intolerabilis, & improbabili. *Bartol. ead. l. non fatetur*, *Bald. in conf. in causa nobilium roo. in p. vol.*, & post eos *Balbus in l. Celsus sub nu. 35. ff. de usucap.*

10 Ubi quod justa, tollerabilis, & probabili est ignorantia, quando quis est ductus persuasione adversarij ex traditis per *Bartol. Panormit.*, *Aretin.*, & Jason. ibi per *Balbus* allegatos per *tex. cum gloss. in l. Quesitum ff.* quando de pecul. art. annalis est.

11 Differt etiam ignorantia, ab errore, quia ignorantia de sui natura non ponit aliquem cognitionis actum, error verò ponit aliquem cognitionis actum, quem subsequitur judicium perversum, ut post *D. Thom. in 4. sent. dist. 3. art. 1. Theologi, ex Canonistis autem Azon. C. de Juris*, & facti ignorantia n. 1. & 2., *Archid. in c. in qui-*

B in qui-